Dipl. 2,420) als Propst von Zeitz, Widrad als Dekan und Bermar als Scholasticus 1140 (Lepsius, Gesch. der Bischöfe von Naumburg 1,245 und 247), wie hier als magister scholarum. Ein Theil der Zeugen stimmt mit denen in zwei Urkunden von 1140 (Lepsius, ebendas.) überein. Wir setzen deshalb das Diplom in das Jahr 1140.

— — Huius rei testes sunt. Ipse (Thiemo) supradictus prepositus, Widrat decanus, Dietherihc custos, Hartman, Bermar magister scolarum, Helmerihc, Heinrihc et omnes canonici eiusdem Citicensis ecclesie. Laici et milites. Cŏnrat marchio, Adelbero, Luiprant, Heinrihc, Otto, Arn, Durin[c][b]). Ministeriales. Martin, Volquin, Withele, Hartwic, Heinrihc, Bernolt, Gerhart, Gumpreht, Ernest.

(SJFR.)

143.

Bischof Udo von Naumburg und Markgraf Konrad vergleichen sich wegen der Einkünfte der Stiftsvogtei daselbst. **[1140.]**

Hdschr.: Kop. (Saec. XV.) Stiftsarchiv Zeitz fol. 4. Phot. H. St. A.
Gedr.: Schöttgen, Konrad 281.
Anm.: Die Urkunde, ohne jedes Datum, setzt Schöttgen grundlos in's Jahr 1133, auch die von Schultes, Dir. dipl. 1,309 angezogenen Gründe für dieses Jahr sind nicht überzeugend. Der unter den Zeugen aufgeführte Berthold (nachher Bischof) war seit 1140 Dompropst zu Naumburg (Lepsius, Bischöfe von Naumburg 1,51). Die Urkunde würde demnach frühestens 1140 ausgestellt sein. Da auch eine Anzahl Zeugen in zwei anderen bischöflichen Urkunden von 1140 (No. 138) und bei Lepsius 244 und 245 vorkommt, ein Theil mit denen in der bischöflichen Urkunde von 1140 Dez. 5 (No. 140) übereinstimmt, so ist die Urkunde unter 1140 eingereiht worden.

Notum sit omnibus, in quorum manus hec scriptura venerit, qualiter ego Vdo dei gratia Nuemburgensis episcopus controversiam inter me et advocatum ecclesie marchionem Conradum diu ventilatam communicato consilio cleri et populi nostri utili et convenienti conposicione terminavi. Cuius controversie causa hec fuit. Predictus advocatus iure advocatie sue VIIII servicia per singulos annos a nobis in Nuemburg et totidem in Cice expetivit. Ad hec terciam arborem in foresto Nuemburg et terciam in foresto Cice iure eiusdem advocacie sibi addixit. Nos vero, quia ista postulacio gravis et ex parte minus iusta videbatur, communicato, ut predictum est, ecclesie nostre fidelium consilio tali conposicione inter nos convenimus scilicet, ut singulis annis tria tantummodo in Nuenburg servicia et VI in Cice accipiat, ita sane ut, si semel omnia servicia accipere voluerit, hoc sibi liceat et tamen neque sua placita neque nostram iusticiam negligat. Hoc est servicium, quod sibi debetur, tria maldra ad panem, carradam cervisie et medonem, ceram, III porcos maturos, unum sit farch, unum spunefarch, X gallinas, LX ova, V scrobones, unum maldrum avene, III denarios ad bovinam carnem, fertonem pipris, sed unum de tribus serviciis et duo de VI estivo tempore danda sunt singula cum VI ovibus et sine pabulo, nisi tantum unum maldrum avene. Et ut hec composicio et concordia apud eum et omnes ammodo huius ecclesie advocatos stabilis et inconvulsa permaneat, nobis et posteris nostris consulentes ipsam advocaciam hiis beneficiis augmentavimus. Beneficium domini Riberti in Holshusen et villam Csagost et villam Machtice pro XX talentis ei dedimus. Preterea villam Brezit et castrum Sathim cum omnibus circa Redera fluvium et

142. *b) Loch.* Durinc *nach Cop. Ziz. fol. 61.*